



**Oratio de vita et morte illustrissimi principis ac Domini  
Friderici III Comitis Palatini ad Rhenum, Ducis Bauariae, S. R.  
Imperii Archidapiferi, Electoris**

<https://hdl.handle.net/1874/436940>

ORATIO

**DE VITA ET MORTE**  
**ILLVSTRISSIMI PRINCIPIS AC**  
**DOMINI FRIDERICI III. COMITIS PA-**  
*latini ad Rhenum, Ducis Bauarie, S. R. Impe-*  
*rii Archidapiferi, Electoris.*

Auctore

P. BOQVINO SACRARVM LITE-  
 rarum in Academia Heidel-  
 bergensi Professore.

*Adiecta sunt aliquot doctorum virorum carmina  
 argumenti eiusdem.*

*Esa. 57.*

Iustus perit: & non est quisquam qui ponat super cor, &c.



M. D. LXXVII.

APVD IOANNEM MARESCHAL-  
 LVM LVGDVNENSEM.

DE AVIA ET MORTE  
ILLVSTRISMI PRINCIPIS AC  
Domiini LIBERVICI HVIC GENESEZ LV  
**AD ILLVSTRISSI-  
MOS PRINCIPES, LODOVICVM  
ET CASIMIRVM, FRIDERICI III.**  
Comitis Palatini, Sacri Imperii Electo-  
ris, filios, &c. Lamb.  
Danatus.

**I**Ngentes tumulos, & Mausolea superba,  
Quid Lodouice patri? quid Casimire paras?  
Illes sibi viuus, totum monumenta per orbem,  
Aeternumq; manens, antè reliquit opus.  
Mortales pietas tumulos non exigit, urna  
Virtutem dignè condere nulla potest.  
Sumptibus ergo Pi tumuli iam parcite fratres.  
Huic orbis, non vos, digna sepulchra dabit.





### ORATIO.

# D. PETRI BOQVINI DE VITA ET MORTE ILLVSTRIS- SIMI PRINCIPIS AC DOMINI

Friderici III. Comitis Palatini ad Rhe-  
num, Ducis Bauariae, S. R. Impe-  
rii Archidapiferi, Ele-  
ctoris.



O VIT optimè M. Rector,  
& vos ornatissim. amantissimiq; collegę probè noui-  
stis, qua ratione adductus  
fuerim, vt hoc tempore lo-  
cum istum concenderem,  
prouinciāq; susciperē dicē  
di in hoc amplissimo do-  
ctissimorū virorū confe-  
su, de re lugubri, & tristissima, adeoq; omnibus no-  
bis acerbissima. Malui meam infcitiam, vt disertè  
loquar, & infantiam prodere, quām sinere, vt sine  
aliqua nostri doloris, & gratitudinis nostrae publi-  
ca significatione reconderentur cineres Illustriſſ.  
Principis Friderici III. cui quām multis nominib.

obstrictus sit amplis. hic noster ordo, vti Academia tota, vestri animi satis haud dubiè vobis ipsis testificantur. Malui inquam, vt paucis omnia complectar, prudentiam in me vno, quam in omnibus nobis gratitudinem desiderari, vniuersoq; ordini fædæ ingratitudinis notam inuri : Cuius rei cogitatio facit, vt de vestra omnium erga me beneuolentia & æquanimitate nihil addubitem. Quod si vllum vñquam à dicendo deterruit consideratio rerum quæ offeruntur, aut multitudo, aut magnitudo, cum conscientia & sensu tenuitatis virium atq; facultatis ad dicendum aptè, pro rei lociq; dignitate, ego omniū maximè hoc tempore, & in hac causa deterrei debui. Mihi enim cogitare incipienti de pietate, sapientia, prudentia, clementia, iusticia, omniq; aliarum virtutum genere, quibus à Deo optimo patre cumulatus, ornatusque fuit optimus Princeps Fridericus, tanta rerum copia, tantaq; varietas ac moles se se vltro obtulit, obuersariq; animo cæpit, vt tantum non obruerer, atque vnde dicens initium facerem non viderem, ac simul mihi venit in mentem, me neq; natura, neq; institutione, neque exercitio comparatum esse ad tantam rem præstandam : qui destitutus sum varia illa supellecstile, qua instruetum esse oportet eum qui aliis tangentibus, de re magna & ardua verba facere audet. Non enim res magnas, vt scitè quidam ait, parua sustinent ingenia. Verùm enim uero cum me paululum collegisse, cum meoq; animo omnia hac reputas.

reputasset, sic constitui: Si qua in me temeritatis culpa esse potest, eam præstare non tam meum esse, quam vestrum, amantissimi collegæ, qui onus hoc mihi detrectanti imposuistis. Quod verò attinet ad illam rerum copiam, delectum mihi habendum esse putavi, præcidendaq; esse pleraq;: in primis verò illa in quib. solis nonnulli, in isto dicendi genere præpostorè hærent. Quàm multa nō necessaria, inutilia, inepta, futilia, falsa olim fuerint inserta panegyricis orationibus hodieq; etiamnum inserantur, ob varias, quas nunc prudens prætereo, causas plerosq; vestrum non ignorare scio. Seligam ergo ex immenso rerum aceruo, quæ in primis obseruatione, & memoria mihi digna esse evidenter: Ea nēpe quæ vt optimo Principi solidam ac immortalem gloriam pepererunt, ita omnibus qui illa in animis recondere, ac sibi ad imitationem proponere non grauabuntur, maximam allatura sunt utilitatem. Talia enim me hoc loco ac tempore dicere, & vos, viri amplif. audire decet. Hęc autem eiusmodi sunt, vt verborum phaleras, orationis fucum, artificioseque compositum sermonem, haud magnoperè requirant: id quod nos satis docuit cœlestis Magister Sp. S. vnicus verus veritatis doct̄or: cui cum nō deessent artes illæ omnes, doctrinam tamen pietatis ac salutis simplici omnibusq; exposita oratione nobis tradere voluit. Quæ igitur fuere optimo Principi cum multis communia, & quæ impiis & malis æquè atque piis & bonis eueniunt, aliis com-

memoranda relinquam. Generis nobilitas, familiæ antiquitas, præclara maiorum facta, vetusta stemmata, amplissimæ opes, & eius generis alia, quæ homines in primis, imò propè sola mirari & amare solent, magna quidem sunt, & ea minimè aspernanda esse fateor: verum ut vt laude digna esse videantur, sicuti dona omnia Dei, illis tamen ut nemo deterior, ita iustior aut melior efficitur nemo, imò vero persepe fit, hominum tamen culpa, vt probrum & ignominiam potiusquam laudem & ornatum adferant: vt si fit quum destituuntur aliis donis Dei: quæ sola homines, ipsi gratos & verè beatos ac felices efficiunt. Id optimè omnium intellexit, persuasissimumq; habuit optimus Princeps: qui re ipsa demonstrauit se iamdudum animo altissimè infixum gestasse illud Propheticum ab Apostolo citatum, scitissimeque accommodatum. Non iactet sese sapiens in sua sapientia, neq; iactet sese potens in sua potentia, neq; iactet sese diues in suis diuitiis: sed in hoc iactet sese qui se iactat, quod intelligat & cognoscat me: quod ego sum Iehouah, qui facio misericordiam, iudicium & iusticiam in terra.

Gentis itaque PALATINÆ incunabula, vetustatem & originem longa serie repetitam, recitare, eiusque laudes celebrare, siue encomia quædam canere nequaquam institui. Quis enim est tam rerum omnium ignarus non modò internos, sed etiam apud exterios, qui hec aliquando aut non legerit, aut non audierit? Siquidem hec omnia à doctis

## O R A T I O.

7

Etis viris fuere s̄æpe & voce exposita, & literis man-  
data. Me ergo in istis commemorandis nunc im-  
morari, nihil esset aliud, quām cum multorum tæ-  
dio, auctum, vt proverbio dicitur, agere. Imo verò  
quid aliud esset, quā frustra ac temerè conari splen-  
dēti soli lucem adferre. Neq; verò tam sum vecors  
aut ignarus mei, vt nesciam ad tam multas tantasq;  
laudes mea oratione nihil accedere, sicuti neque si-  
lentio quicquam decedere posse. Multa etiā de pa-  
rentum illustriss. Principiis virtutibus, vxoris ipsius  
prosapia, liberorum numero atque prēstantia, mo-  
re multorum mihi narranda esse minimè putauī.  
Valent quidem etiam ista ad laudes amplificandas:  
atque ad aliquam fælicitatis partem pertinent. Ve-  
rū in hisce immorari, est eorum quibus quod  
dicant deest, aut suo otio atque aliena patientia ab-  
uti volunt. Nam & hæc externa sunt: ego verò cer-  
to consilio institui ea sola persequi, quæ optimo  
Principi fuere propria: & quorum memoriam nos,  
& pia posteritas magna cum vtilitate, atque sum-  
ma illius laude conseruare poterimus. Magnam fu-  
isse omnibus seculis bonorum Principum raritatē,  
vetusta literarum monumenta testantur, commu-  
nis consensus confirmat, & res ipsa docet. Fertur cu-  
iusdam non minus verum quām lepidum dictum,  
Principes bonos posse uniueros annulo insculpi & inseri-  
bi. Quo autem rariores sunt qui isto nomine illāq;  
inscriptiones sunt digni, eò laudem merentur illi ma-  
iores. Christus itaq; verus Ecclesiæ pastor, custos

& gubernator, in extrema hac mundi senecta, afflitti  
ssimis miserrimiſq; temporibus veram effigiem  
viuamq; imaginem, non modò boni, sed etiā Chri-  
stiani Principis, in illustrissimo Principe Friderico  
III. exprimere vti appareat, voluit: idque partim ad  
miseros, variis agitatos & afflictos tempestatibus  
tum iuuandos, tum consolandos, tum confirman-  
dos: partim ad Principes alios nō modò verbo, sed  
etiā viuo exemplo serio officii sui admonendos. Nā  
in hoc veluti speculo aspectandū istis præbuit, quā  
fidem & diligentiam in gubernando populo ipso-  
rum curæ commisso flagitet: quas nisi præstiterint,  
rationem ab ipsis aliquando serio reposcet. Hanc  
ego vitæ ipsius partem, cum aliqua etiam mortis  
eius mentione in præsentia vobis ornatissimi viri,  
breuiter repetere studebo: quo in vtramq; diligen-  
tius intendatis oculos: perindeq; faciam, atq; si ali-  
quis protenso digito in lucentem solem, omnes ad  
intentius contuendum ipsius splendorem inui-  
tet, atque excitet. Neq; verò abs re est, quod hanc  
tantum partem vitæ Opt. Princ. attingendam mi-  
hi esse ratus sum. Vt enim hæc est præcipua ac ma-  
xime illustris totius vitæ ipsius portio: ita in ea,  
quas Deus in eum contulerat, eximias dotes maxi-  
mè exeruit, omnibusque contemplandas exhibuit.  
Scitè profecto ac vere veteri iactatum fuit prouer-  
bio, *Magistratum, indicare virum.* Deinde argumen-  
tum istud deligendum mihi existimauit, vt appri-  
mè conueniens doctrinæ quam in hac schola pro-  
ficeri

I M I O R A T I O.

fiteri me voluit optimus Princeps, iam inde ab initio suæ gubernationis: cuius me inspectorem & partipem esse etiam voluit Deus, quod duco magni beneficij loco, eoque nomine ipsi gratias ago maximas. Fui autem non tantum ~~autonimus~~ omnium, sed etiam quorundam pars aliqua. Quare vehementer velim omnes sibi ipsis persuadere, certissima esse quæ ex me audient: ut qui non conficta aut ab aliis auditæ narrem, sed mihi compertissima. Et verò impudentissimus simulq; imprudentissimus essem, si quicquam confictum admiscere tentarē: cùm sciam plerisque vestrum omnia æquè atque mihi esse perspecta.

Cæterū orationis istius nostrę duo siue capita siue membra futura sunt. Alterū continebit breuis simā veri Christianismi descriptionē, cum accōmodatione ad nostram hypothesim: hoc est ad Opt: Princ: Friderici personam. Alterum constabit breui notatione officii Magistratus, quale ipsum describit Apostolica doctrina: cuius simulachrum exhibuit in sua gubernatione idem optimus Princeps: qui quæ alioqui diuersa sunt, pulcherrimè atque fœlicissimè coniunxit, simul & veri Christiani, quod commune est omnibus qui nomen Christo dedere, & boni Principis, quod ad pauciores pertinet, tradens atque relinquens exquisitissimū exemplar.

Vt ergo ad rem aggrediar, verum Christianismum situm essetum in vera Dei & Christi cogni-

tione, tum in sincero amore pietatis, serioque bonorum operum studio, Prophetica & Apostolica scripta uno consensu restantur. Sunt duæ iste Christianæ pietatis partes indiuulsæ: & ut illam præire, ita hanc sequi oportet. Quisquis aliter iudicat, aut sentit, toto cœlo errat, seque ipsum in primis fallit. Quare qui Christianus non modò videri & haberi, sed etiam esse vult quod dicitur, in hoc totus primum incumbere debet, vt veritatis, hoc est, doctrinæ diuinitus traditæ verâ ac certâ sibi paret cognitionem: deinde ut eam partâ amet, omniq; studio retineat ac foueat, vitaq; & factis probet: deniq; ut pro viribus officioque, seu vti dici solet, vocatione sua, promouere propagareque eam studeat.

Quæ verò Principis ac cuiusvis magistratum gerentis partes sint, omnium aptissimè & apertissimè docet Paulus tum in ea quam Romanis scripsit epistola cap. 13. tum in earum quæ ad Timotheum extant prima cap. 2. Paucis verbis rem totam comprehendit: quorum hæc est summa, Principem esse benè agentiū tutorem & defensorem, scelerū verò vindicem, vltorē, & profligatorē: idq; ut qui ipsius fidei ac curæ sunt commissi, tranquillam ac quietā vitâ degant cū omni pietate & honestate. Hæ sunt regulæ quas Apostolus Christi tradidit, & præscripsit omnibus principibus: ut ex his discerent, quæ ipsorum consilia studiaq; esse, & quò referri debeant.

Iactis istis quasi fundamentis, nunc videamus quām sollicitè, quām benè, & quām fœliciter regulas

las istas sequi , & ad eas omnes suas cogitationes  
& actiones accommodare studuerit Opt. Princ. ex  
quo ipsum ad gubernacula rerum sedere voluit,  
summus omniū conseruator & gubernator Deus.  
Primam sibi curam fuisse de veritatis cognitione  
atque pietate , & ad eam animum optimè compa-  
ratum habuisse principiò clarissimè demonstrauit.  
Quid autem ad illam comparandam recteque co-  
lendam sit in primis necessarium, manifestè docuit  
cœlestis Magister Christus : cùm ab iis quos ad su-  
am scholam & disciplinam instituendam delege-  
rat, in ipso quasilimine, teste Luca cap.9. flagitauit,  
vt seiplos abnegarent: vno verbo multa ac magna  
nostræque carni ἀρχέσας ἀδυτα complectens.  
Quenam verò illa sint, fusius & clarius, vt i est apud  
eundem Lucam cap.14. alias exposuit. *Si quis* ( in-  
quit Christus ) *venit ad me, & non odit patrem suum*  
*& matrem, & uxorem, & liberos, & fratres & sorores,*  
*atq; adeò etiam animam suam, non potest meus esse disci-  
pulus.* Obscuritas nulla est in verbis istis, sed quan-  
ta sit rei difficultas cognoscere domestico testimo-  
nio, hoc est, in se se sentire quisque potest: idque et-  
iam eorum qui illud præstant paucitas ostendit.  
Est tamen hic gradus primus, quo præterito fru-  
stra ad altiora contenditur, aut cogitatur de aditu  
& ingressu in istam pietatis scholam. Quiequid  
non iacto prius hoc fundamento exædificatur, fa-  
cile euertitur & corruit. In hoc est docilitas quam  
cœlestis doctrina requirit: vt quæ in mundo sunt

coniunctissima & charissima atque pretiosissima  
haberi solent, illi post habeantur. Quod cum pauci  
cogitent, paucissimique praestent, minimè mirum  
videri debet, si adeò pauci feliciter discant, multí-  
que in schola Christi nihil proficiant.

Quam verò benè compositum animum attu-  
lerit. Opt. Princ. in ipso statim suæ gubernationis  
ingressu, luculento testimonio, illustriqué exemplo  
comprobauit. Ut autem rem ab imis radicibus ex-  
ordiar, ab antecessoris ipsius exitu initium faciam.  
Diebus ferè tribus ante quam è vita decederet feli-  
cis memoriæ Illustriss. Princeps Ottho. H. Heshu-  
sius excitarat in hac schola scintillam controværsiæ  
de cœna Domini. Maximo illi Principi successit,  
non tam hominum quam Dei consilio atque vo-  
luntate, optimus Princ. Fridericus III. cui statim  
atque appulisset in istius suæ sedis arcem, nodus  
iste implicatus obiicitur dissoluendus: id quod si-  
mili propè sapientia, parique dexteritate praestitit,  
atque Salomon ille in sui regni primordio, ortam  
inter mulieres duas ob superstitem infantem (vti  
est in sacra historia) litem diremit. Atcum irre-  
quieti essent quorundam animi, Illustriss. Principe  
profecto ad Comitia, quæ tum auspiciis Imp. Fer-  
dinandi Augustæ agebantur, recaluit, ac denuò ac-  
censa fuit illa scintilla, concepta etiam maiore flam-  
ma: adeò vt in ipsam quoque loci huius Ecclesiam  
inuaderet. Vbi rediisset Opt. Princ. litigantium  
importunitate coactus fuit, remedii paulò acrius,  
præter

præter suam etiam voluntatem, quærere & adhibere. Nam vterque contendentium, adeoque magna cum offensione Ecclesiæ rixantium loco motus ac dimissus fuit. Sed nec isto adhibito cauterio curatus fuit morbus. Cæpit enim paulò post magis atque magis increscere, nullis cedens remedii. Eò tandem est ventum alterius partis dissidentium consiliis & artibus ( quibus haud dubiè, vti voluit Deus ad ea perficienda quæ apud se decreuerat ) vt Opt. Princeps solicitaretur, adeoque vrgeretur à viris magna auctoritate præditis, eiique arctissima necessitudine coniunctis, vt sententiam, quam illi falsam esse putabant atque asserebant, vna cum illius assertoribus ac propugnatoribus damnaret, atque à suaschola & Ecclesia depelleret. At Opt. Princeps prudentissimè iudicauit, non esse boni viri, ac multò minus Christiani Principis, rem non plenè cognitam damnare, nedum homines nullius impietatis conuictos, aut plectere aut eiicere. Quare alteram aurem aduersæ parti, integrum seruare, vti ille monebat, prorsus constituit. Cùm igitur non satis ipsi perspecta hæc controuersia esset, ac in qua omnino acquiescendū esset sententia apud se constituere nondum posset: depositis affectibus carnis, pessimis scilicet consultoribus atque aliis præiudiciis quibus præstringuntur mentes ne verum videant & agnoscant, decreuit applicare animum totum & intendere ad indagandam veritatem. Indignum enim simul & periculofum esse ex-

istimabat, eum cui de re tanta esset pronuntiandū, tantum alienis auribus & oculis niti ac fidere. De-  
dit itaque operam, vt partis vtriusq; & sententiam,  
& firmamenta audiret, legeret, cognosceret. Quid  
tandem securum est? Vt multa præteream', res in  
publicam disputationem adducta fuit: cui tantum  
non inter fuit, sed in hoc ipso quo nunc stamus lo-  
co Opt. Princeps præfuit. In ea disceptatione quo-  
per obliquum acceperit & senserit aculeos, quan-  
tos sustinuerit insultus, quot ac quantos exceperit  
impetus clementissimus Princeps, illis qui mecum  
prælentes, spectatores, ac auditores erant, cogitan-  
dum ac meditandum relinquere malo, quām cum  
dolore iustaqué indignatione expressius notare.  
Tantūm hoc verè dico, ipsum satis superque tum  
demonstrasse, quām esset ingenio ad imperandum  
apto: vt qui non modò non indulgeret, nedum ser-  
uiret suis affectibus, sed etiam ipsis facile impera-  
ret, eosq; cohiberet ac reprimeret, & pro nata oc-  
casione moderaretur. Nam multa prudenter  
auertendo, alia dissimulando, alia pro innata mo-  
deratione deuorando, quædam patientiâ frangen-  
do atq; vincendo, res per aliquot dies sine vlo tu-  
multu peracta fuit. Breuiter animi moderati simul  
& magnamini, qui iusta & iniusta (vt habet vetus  
parcemia) audire consueuisset, qui nihil in gratiam  
aut odium cuiusquam faceret, quiq; à recto & ve-  
ro nullis rationibus se abduci sineret, egregium ex-  
hibuit specimen. Porrò tantum abfuit, vt prima  
hæc

hæc tempestas, quantumuis sœua ac grauis, egre-  
gium animum fregerit, aut à sano, quod cœperat  
consilio, & recta quam ingressus erat via, auocarit  
& abduxerit, vt ipsi fuerit instar stimuli ad vltro  
currentem magis magisque incitandum. Statim e-  
nim atque vtcunque sedatus motus ille fuit, conni-  
xus est omnibus viribus ipsos controuersiæ illius  
fontes conquirere, fundamentaque perscrutari. Le-  
gere ergo cœpit vtriusque partis scripta, quæ iam  
tum extabant propè nimis multa. Sed legit nō (vti  
multi solent) negligenter, aut imprudenter: Diligentia  
enim coniunxit & candorem & prudentiam,  
omnibus studiosis cognoscendæ veritatis necessa-  
riam. Nam præterquam quod principio procul di-  
spulit nebulas ac tenebras multis hodie nimis fa-  
miliares & perniciosas, hoc est, personarum respe-  
ctus atque rerum eiusmodi omnium, qui oculis ca-  
liginem offundere & lucem veritatis obscurare so-  
lent, adhibuit admouitque lapidem illum, vt dici-  
tur, lydium: id est, canonem scripturarū, ac, quam  
veteres vocarunt, regulam veritatis. Quæ enim le-  
gebat omnia, cum scriptis Propheticis & Aposto-  
licis religiosè ac sapienter conferebat: sicuti à Con-  
stantino illo verè Magno Patres in Niceno concil-  
lio, vt facerent sanctissimè monitos fuisse legimus.

Sapientissimo sanctissimi Principis instituto,  
& egregiis ipsius conatibus sic fauit, adfuit bene-  
dixitque Deus veritatis doctor & assertor, vt breui  
ille quod optabat, fuerit asscutus, & peruerterit

quò tendebat. Nam in portum appulit tranquillum, sententiamque quam tutò sequi non modò posset sed etiam deberet, peruidit. Deinde verò si cuti in perquirenda veritate, diligentiam atq; prudentiam Christiano homine dignam coniunxit, ita in ea retinenda, asserēda & propaganda constantiam, fortitudinem, ac magnanimitatem, quæ piuum bonumque principem decebat, adhibuit.

Ex quibus facile cognosci potest quām sit procul à vero, quod à multis creditum dictumque esse audiuimus: sapientissimum Principem à suis siue Theologis siue Ministris fascinatum ac dementatum, multorum exemplo, non suam ipsius, sed illorum securum fuisse sententiā ac fidem. Id quod alia etiam multa euidenter refellunt. Nam quanta religione quantoq; cum iudicio causam istam egredit, & in toto isto negotio versatus fuerit Opt. Princeps, satis quoque testatæ sunt frequentissimæ atq; ardentissimæ preces ad Deum: quibus velut condire solebat sacrarum literarum lectionem, cui etiam persæpe sancta suspiria ac gemitus interserebat: sed & lachrymas non raro fuisse adiunctas, mihi sancte affirmarunt qui viderunt. Istud ego certò affirmare possum, ipsum ea fuisse cognitione totius istius negotii præditum, vt ad suæ sententiæ assertionem aut defensionē minimè desiderarit ullius siue Theologi siue Ministri consilium aut auxilium. Atque etiam eum fuisse alienissimum ab illa stulta ac vanacredulitate, & negligentia, aut potius socordia eorum

tum qui ab aliena fide pendent, quique alienis vi-  
dent oculis, & auribus non suis audiunt. Quid mul-  
tis? constat Opt. Principem in Ecclesiarum inspe-  
ctionibus ( quibus quam libentissime ac studiosissi-  
mè aliquando interfuit) non raro Ministros ipsos  
audiente Ecclesia, docuisse & instituisse: atq; adeò  
dissentientes & refutasse & conuicisse. Quòd si pa-  
ri intelligentia, prudentia, affectu, & religione cau-  
sam hanc egissent, & etiamnum agerent nonnulli,  
qui sibi videntur, & aliis videri volunt sapientes ac  
religiosi, multò melius haberent tum Ecclesiæ, tū  
Respub. atque longè quietiores melioresque ple-  
rique essent. Neminem clementissimus Princeps  
à se dissidentium aut reiecit aut contempsit, audi-  
uit patientissimè atque placidissimè omnes oblata  
occasione. Argumentorum vim, ac rationum pon-  
dera diligentissimè considerauit, expendit, ex-  
aminauit.

Sæpiissimè auditus est profiteri disertè, se aduer-  
sariorum scriptis, rationibus & argumentis doctio-  
rem esse factum in suaque sententia magis atque  
magis fuisse confirmatum. Quotquot cum eo con-  
tulerunt, aut hac de re differentem audierunt, si in  
ipsis mica salis fuit, facile deprehenderunt illum nō  
de alieno, sed de suo sensu loquisolutum fuisse. Sed  
nihil opus est priuatis testimoniis, cùm publica &  
multa & illustria extent. Non incelebris fuit Neo-  
burgensis conuentus, qui non multò post nostram  
disputationem habitus fuit: & quid in eo fuerit ten-

tatum aduersus Opt. Principem non est incognitū.  
Sed multò adhuc celebrius & illustrius certamen fuit, quod postea secutum est in Comitiis Augustæ habitis. Creuerant Christianissimi Principis fides, pietas, constantia, creuerat etiam ab eo disidentiū feruor. Acrior igitur paroxysmus hic fuit. Si ex iustitia causæ, animi præparatione ac promptitudine, patiendique voluntate æstimandum est martyrium (vti placuit piis eruditisq; maioribus) an non meritò optimum Principem inter Martyres Christi reponemus & numerabimus? In quod discrimen se coniecerit, & quæ etiam pericula adi reparatum se esse veritatis pietatisque causa, cùm verbo tum facto manifestè significarit, quis est qui nesciat? Conscientiæ bonæ testimonio fretus, si de quæ minimè ficta sed vera ac firma instructus, atque verbi Dei gladio accinctus, nullis suasionibus, nullis comminationibus, nullis præsentibus aut imminentibus periculis à sua, hoc est, verasentētia potuit dimoueri. Imò verò quotquot pium & amore veritatis asserendæ ardens pectus concutere tentarunt, aheneum murum esse cognouerunt atque senserunt. Id quod etiam euidenter confirmarunt, qui deinde insequuti fuere catenati conflitus & labores: vti fuit Maulbronense colloquium, & alterum non ita multò postaduersus Anabaptistas institutū: vt nihil dicam de aliis aliquot, domi ob diuersas causas agitatis. In summa, nihil Opt. Principi aut molestum aut laboriosum fuit, quod veritatis

veritatis afferendæ, aut pietatis promouendæ causa suscipiebatur: ut sumptibus nullis pepercit, ita neque molestias neque labores refugit, qui ad scopum illum, quem sibi præfixerat tenderent. Exempla alia cùm sint plurima, & omnibus notissima, proferre nihil est opus. Hactenus de certaminibus cum dissentientibus veritatis afferendæ causa susceptis.

Cæterùm bona illa fidei arbor, cùm adeò altas firmasq; egisset radices, sterilis esse non potuit: sed omnis generis fructus radici respondentes, domi & foris, priuatim & publicè, erga suos & exteros magna copia protulit.

Principiò Ecclesiam suæ curæ commissam, omnibus quibus potuit modis rectè sancteque constituere studuit. Doctrinam (quam esse velut Ecclesiæ animam probè norat) in ea quam purissimā, diuinum cultum, ab omni superstitione, nedum idolatria alienissimum, Ceremonias vt paucissimas ita & castissimas, *εὐταξίαν* atq; disciplinam doctrinæ Christi consentientem, atq; Apostolicæ formæ quam proximam esse voluit, & vt esset, quoad eius fieri potuit, procurauit atque effecit. Errores atq; adeò hæreses (quarum feracissima est hæc Ecclesiæ canicies) pro virili cohibuit, oppressit, extinxit: in primis autem Anabaptismum & Arrianismum: pestes scilicet duas saeuissimè hodiè grassantes: In alia verò flagitia ac scelera vt ii animaduerterent, quibus eas partes demandarat, sàpè ac mul-

tum instituit. Quanta etiam fuerit ipsius erga amplissimum hunc ordinem nostrum, Academiamq; totam, benevolentia, & beneficentia, non est cur in præsentia multis verbis apud vos commemoré, vel amplificem. Scio enim rerum istarum omnium altissimè infixam esse vestris animis memoriam, quam nulla, vti confido, delebit obliuio. De multis item gymnasiis seu scholis, ad iuuentutis rectam institutionem excitatis, exædificatis, atque constitutis, tum in hac primaria vrbe, tum in aliis passim per ipsius imperio subiectam regionem, quid attinet multa verba hoc loco facere? Res ipsa in omnium versatur oculis: re autem ipsa loquente, quid lingua aut voce est opus? Sciebat satis sapientissimus Princeps hæc esse Ecclesiarum seminaria ac velut fundamenta, bonarum etiam literarum, pietatis, omnisque virtutis & humanitatis officinas, fine quibus Republicæ benè habere aut conseruari nequeunt. Quanto ergo fuit ille gloriæ Christi, & salutis hominam studiosior, & ad ista tuenda & promouenda illa exercitia esse necessaria rectè sensit, tanto in id maiore cura ac diligentia incubuit.

Ecclesiarum nutritios se appellari patiuntur atque etiam volunt multi, quos illarum vastatores, oppressores, ac carnifices esse res ipsa arguit: at Ecclesiarum salutem sua ipsius vita chariorem, sibi fuisse re quām verbis Opt. Princ. testatum facere maluit. Factis enim manifestè demōstrauit, animū suum accensum fuisse Zelo, cura, solicitudine, quibus

bus inter innumera vrgentia negotia Apostoli animum arsisse. 2. Cor. cap. ii. legimus. Id quod si ne-  
scierunt ac nō senserunt suæ ditionis, ac ipsis pro-  
pinquæ Ecclesiæ extere tamen ac procul diuisitæ sci-  
uerunt, senserunt, professæ sunt, & apud omnem  
posteritatem prædicabunt.

Quanta sit vis & energia spiritalis illius *noua-*  
*rias* siue communionis & arctissimæ coniunctionis  
membrorum Christo, ut suo capiti, verè vnitorū,  
quam Paulus. i. Cor. 12. pulchrè ac fusè depingit, &  
quis sit ille sensus *συμπαθείας* quam in Philippensi-  
bus, Thessalonicensibus & Hebraëis laudatam fuisse  
legimus, Christianissimus Princeps ad viuum ex-  
pressit, & omnibus aspectandum exhibituit. Neque  
dubium est quin similiter pī omnes illi diuersis in  
locis sparsi, statim atque ad ipsos peruererit fama  
de tristissimo optimi principis obitu, sensuri sint  
acceptum in suo corpore vulnus, acerbissimiq; do-  
loris significationem sint daturi. Atque ego eti  
multa studio breuitatis prudens prætereo, præteri-  
re tamen non possum, atque hoc loco & tempore  
non profiteri, quem in me sensum doloris pariat,  
memoria beneficiorum, quæ non modò erga me,  
aut meæ gentis plurimos, sed etiam erga alios in-  
numeros ab eo collata esse scio ac memini: quæ cer-  
tè tot ac tanta sunt ut prolixæ etiam oratione sigil-  
latim enumerare possit nemo. Omnium enim pio-  
rum quarumcumque nationum, & quocumq; lo-  
corum habitantium, afflictiones, calamitates, exi-

lia, vincula, carceres, ut sua duxit atque sensit: & quodcunque potuit vel remedium, vel subsidium, velleuamentum subito & alacriter afferre studuit. Nihil nunc dicam de legationibus modo vnius, etiam priuati alicuius, modò plurium atq; adeò Ecclesiarū, ad varios principes missis, magnis & sumptibus & laboribus: nihil etiam de bellicis expeditionibus, quæ nullis non sunt notæ, tantùm attin gam legationem illam primam in Galliam quæ a liarum multarum velut fons fuit, ad Pœsiacenum conuentum anno 61. In illa placuit optimo Princi pimea opera vti: atque ea ratione perspecta mihi fuit ipsius voluntas. Quo animo, studio, atq; fine ab aliis qui apprimè religiosi, ac de Ecclesiæ salute solici tis esse videri volūt, instituta fuerit legatio illa, cùm ex antecedentibus, tum ex actionibus ipsis in progressu negotii deprehendi facile potuit: sed omnium maximè quæ sunt consequuta euidenter ostenderunt. Optimum Principem Fridericum in vnum Christum spectasse, de huius gloria atque re gno, hoc est, Ecclesiæ salute cogitasse, eo que omnia sua consilia ac studia retulisse, tum ea quæ nobis discedentibus & verbo & scripto mandabat, tum illa quæ posteà continenter atque constanter eodem spectantia præstitit, luculenter testatum fece runt: tantum piorum, & afflictionum, quibus Ecclesiæ Christi premebantur, rationē ipsum habuisse, ipsa res docuit. Gaudeant igitur ac rideant quantum velint homines malevoli & inuidi, qui optimum

mum Principem odiosè ac contemptim exulum.  
atq; peregrinorū parentem appellitabant. Quod  
maligni isti vitio dederunt, atque in probrum ver-  
terunt, id pii omnes in primis laudi dabunt atque  
prædicabunt. Atque ipse etiam Princeps sciens, re-  
gium esse ( vti dicebat magnus ille Alexander ) cùm  
benefeceris, male audire , facile contempsit sceleratos  
istos sermones : Et ob id maximiè quod intelligereret  
quanti faciat Deus , & quām ipsi grata sacrificia  
sint omnia hospitalitatis atq; humanitatis officia,  
quæ in peregrinos , ac nominatim in suis sedibus  
pulsos causā pietatis præstantur. Satis enim norat  
quām multa haç de re extent in diuinis literis diser-  
tissima mandata , amplissimæ quoque promissio-  
nes illustribus exemplis confirmata . Vt est om-  
nibus eius generis beneficiis amplissima certissimā  
que merces apud Deum , ita pia posteritas eorum  
memoriam sepeliri nunquam patietur. Non enim  
mentiri potest, qui iusti memoriam perpetuam fo-  
re promisit.

Quod autem attinet ad Rempub. cui Optim.  
Principem Fridericum præfecerat Deus , nisi eum  
agnoscat ac grata memoria colat , vti patriæ pa-  
rentem , suæ impietatis apud Deum haud dubiè  
graues pœnas dabit , & sceleratae ingratitudinis,  
apud pios omnes reapermanebit. Quæ enim Pla-  
to in bono principe requirit , hic , si quisquam a-  
lius vnquam , erga eam præstitit. Constat enim  
ipsum ciuium suorum commoda prætulisse suis:

& ut totum corpus nulla parte neglecta bene habe-  
ret, operā quantam potuit, dedisse: In summa, fide  
ac diligentia nō tutoria, sed prorsus patria procura-  
tionem ipsius gessisse. Quòd si scriptor idem ille  
rectè pronunciauit, beatas esse Respub. quibus im-  
perant Philosophi, quantò magis hæc fœlicem se  
existimare debet, quam Christianissimus Princeps,  
id est, & sapientissimus & optimus singulari Dei  
beneficio multis annis rexit? Neq; verò negari nisi  
ab impurissimis impudentissimisq; hominibus po-  
test, ipsum sua consilia ac studia eò retulisse, vt iuxta  
Apostoli sententiam, tranquillam & quietam vi-  
tam, cum omni pietate & honestate degeremus o-  
mnes. Nam eum & pacis amantissimū, iuxta pro-  
prii sui nominis notationem, & pietatis studiosissi-  
mum fuisse, inficiari potest nemo.

Atque piuum hoc pientissimū Principis votum  
ac studium, passus non est Deus, quæ ipsius est cle-  
mentia, abire irritum. Totis enim annis ferè octo-  
decim, quibus imperium tenuit Fridericus, regio  
hæc ipsius nulla insigni clade, aut insolita lue, aut  
graui calamitate affecta fuit: quibus tamen alias  
multas etiam vicinas quasdam grauiter afflictas fu-  
isse audiuimus. Et tametsi veram religionem ac pie-  
tatem, ex talibus euentis, externisq; casibus nequa-  
quam existimemus more multorum æstimandam  
esse, credimus tamen minimè vanum esse aut ina-  
ne, quod apud Apostolum legimus (vt alia multa  
præterea) pietati adiunctam esse promissionem

vitæ

vitæ non modò futuræ, sed etiam præsentis. Atque etiam existimo Deum certo consilio mala eiusmodi auertisse: ut scilicet hostibus veritatis calumniandi ansam, quam studiosissimè captant, & audifissimè arripiunt, amputaret. Quis enim dubitat, si quid talium malorum nobis accidisset, istos diuinorum iudiciorum præposteros interpres dicturos sparsurosque de nobis fuisse non dissimilia iis, quæ primis illis Christiani nominis professoribus homines profanos obiecisse, docti ac pii veteres commemorant? Et quantumlibet tale quiddam nobis non euenerit, viperinarum tamen istarum linguarum virulentos iictus prorsus effugere non potuimus. Sed ringantur ac rumpantur licet, inficiari tamen non possunt, nisi à re ipsa mendaci ire dargui velint, Friderici III. gubernationem Deum singulari fauore atque benedictione prosequutum fuisse: atque quam Opt. Princeps reliquit Heidelbergam, ab ea quam acceperat, esse lögè diuersam: hoc est, multis nominibus, modis atq; partibus præstantiorem atque illustriorem.

Cæterùm de domestica vitæ ratione Opt. Principis hoc tantùm dicam: In ea quoque clarum raræ pietatis lumen apparuisse. Quæ enim manè atque vesperi intra priuatos parietes concipiebantur ipso preente ad Deum preces, quibus adiuncta erat sacrorum bibliorum lectio, an nō manifestum erant indicium amoris ac studii pietatis, quo pectus totum ardebat? Aulicam familiam (cuius mores iam

olim non immeritò ab omnibus bonis notati fure-  
re) et si non prorsus composuit, vti optabat & con-  
tendebat, ad formam quam omnibus piis patribus  
familias imitandam tradidit Dauid in Psal. 101. at-  
tamen quod potuit in illa sedulò correxit, conatus  
que est omnes sibi simillimos, hoc est, optimos red-  
dere: vt verè meritoque dici posset: *Qualis est Pri-  
ceps, tales sunt et qui ipsi astant.* Quòd si hac in parte,  
vti in aliis quibusdam, non est consequitus quod  
optabat & contendebat, tamen præclari conatus  
non sunt sua laude defraudandi. Et in magnis ar-  
duisque rebus egregia etiam voluntas, laudem atq;  
præmium meretur. Constat nihil esse hominibus  
familiarius, quam vitia mirari atque imitari, virtu-  
tem verò contemnere, refugere adeoque damnare.

Moribus fuit Fridericus suauissimus ac familia-  
rissimus, ab omniisque fastu & morositate alienissi-  
mus, comis atq; blandus, qui facilè ad se omnes ad-  
mitteret, & à se ferè hilariores dimitteret: erat enim  
tranquilla ac serena fronte, quæ adeuntes mirifice  
recreabat. Quid aliis acciderit affirmare nō debeo:  
sed quid in me sensero dissimulare non possum, Me  
nunquam ab ipsius alloquio aut conspectu, nisi hi-  
lariorem atque recreatum discessisse. Ut breuis sim,  
is vultus, gestus, sermo, optimi Principis fuit, vt a-  
pud nullū bonum nō fuerit gratiosissimus. Quid?  
sic erant omnia in ipso ad amorem conciliandum  
composita, vt audit i sint magna auctoritate ac pru-  
dentia prædicti viri, alioqui ab eo in religione dissi-  
dentes,

dentes, sic omnia ipsius probare, laudare, admirari, ut omnino nihil aut damnarent, aut in eo desiderarent, quām id in quo ab ipsis dissentiret: & præser-tim in sacramentaria causa. Quanta autem sit vis, dignitas, & auctoritas laudis seu testimonii quod ab aduersariis proficiscitur, ac probitatis splendore velut exprimitur & extorquetur, nemo est qui non intelligat. Hoc genus est apologiæ quod Petrus piis omnibus commendat: Estque ornandi Eu-an-gelii atque illustrandi nominis Christiani ratio ad quam omnes qui ipsum profitentur, passim hortatur Paulus.

Vthanc quæ de vita est optimi Principis par-tem concludam: fuit sui semper similis, & omnibus in rebus constantissimus, animo & vultu perpetuò propè eodem, neq; in prosperis elato neque in ad-uersis deiecto, ut qui à Deo, in quo uno fiduciam o-mnem suam atque spem collocasset, semper penderet: req; ipsa demonstrabat, quām non abs re pecu-liaris symboli, de multorum more, delegisset, & i-dentidem usurparet piam illam sententiam, D O-MINE, SECUNDVM TVAM VOLVNTATEM.

Sed tempus me potius quām oratio deficeret, si singula persequi vellem. A vita igitur ad mortem transeamus. Nam & hæc quām fuerit illa sincera, integra, & ab omni simulatione remota, luculentis simè est testata. Nihil profectò est quod a què hy-pocrisim excutiat & prodat, atq; imminentis mor-tis sensus. Omnibus enim fictè atque specie tenus

sanc̄tis, verè est mors quod Philosophus ei tribuit, nempe omnium terribilium terribilissima: vt contrà omnibus qui verè pii sunt, perinde est atq; optatissimus portus, iucundissima quies, desideratissima libertas, deniq; laborum & eruminarum omniū gratissima meta & finis.

Quò fit vt qui in Christum verè credunt ac bene sibi sunt consciī, nullaq; culpa (vt est apud poëtam) pallescunt, non modò non trepident aut formident ad mortis mentionem atq; sensum, verum etiam gaudeant, exultent, gestiant, capitaq;, vt imnuit Christus, attollant: Deniq; sic sunt animati & affecti, vt nihil æquè cupiant exemplo Pauli, quām vt terrestri tabernaculo dissoluto cum Christo in cœlesti domicilio versentur. Qui enim fieri potest vt mortis percellantur metu, qui persuasum habent ad hoc mortuum esse Christum, vt ipsi à morte in vitam, eamq; beatam & æternam transirent? sic enim sunt hæc inter se pugnantia, vt qui aliter sentit à seipso euidenter dissentiat. Nam teste Apostolo mortuus est Christus, vt aboleret eum qui mortis habet imperium, id est Diabolum: & liberos redderet, quotquot metu mortis, per omnem vitam obnoxii erant seruituti. In quem Apostoli locum, habet Chrysostomus multa, præclara, obseruatione que dignissima: inter alia autem hæc, Verè digni sunt luctu, qui mortem timent adhuc & perhorrescunt, qui resurrectionem adhuc non credunt: Qui autem mortem non timet, extra tyrannidem Diaboli constitutus est. Timere igitur mortem eorum

rum est qui à Christo alienisunt, qui que ignorant  
extinctorem mortis, vitæ verò instauratorē ipsum  
esse & qui huius mudi illecebris ac deliciis, seu gau-  
diis huius vitæ (vti habet perulgatus versiculus)  
sic sunt addicti & affixi, vt ab his abstrahantur egru-  
us quām infantes à suarum nutricum mammis, aut  
canes, à corio, vti dici solet, inuncto. Quām autem  
non timuerit mortem Opt. Princ. Fridericus, plu-  
rimis, firmis, & euidentibus testimoniiis probauit.  
Ad eam alacriter excipiendam, nunquam non pa-  
ratum se esse ostendit: sed tantò se paratiorem esse  
demonstrauit, quanto eam proprius accedere sensit.  
Id quod est certissimum indicium egregii animi,  
ac strenui athletæ, qui assiduos progressus in Chri-  
stiana palæstra fecerat atque faciebat. Aliquot au-  
tequām decederet diebus exceptæ fuere subinde  
voces, testes affectuum animi sese iam ad migratio-  
nem componentis, & ad beatam cœlestemque vi-  
tam aspirantis. Et quantumuis esset per se Chri-  
stianis armis satis instruētus, nempe firmissima fide  
ac certissima spe, sibi tamen adiunxit ac assiduè ad-  
esse voluit, qui ipsum selectorum ex sacris bibliis lo-  
corum lectione, additis breuibus explicationibus  
velut ejaculationibus quibusdam, ad præsentem  
rem accommodatis, solidisq; consolationibus ma-  
gis magisque munirent atque erigerent: qui etiam  
ardentissimè orantem adiuuarent, cohortarentur,  
& confirmarent. Firmissimi hisce præsidiis muni-  
tus, forti ac intrepido animo venienti morti iuit

obuiam: atque votorum propè omnium compos,  
expletus ac saturatus rerum omnium, & dierum,  
beatam animam in manus Domini commendatā,  
placidissimè reddidit. Istius autem placidissimè Ca-  
tastrophae, spectatores ac testes fuere omni exce-  
ptione maiores, aliquot ex intimis familiaribus,  
inter quos in primis fuit optimo patri charissimus fi-  
lius Princeps ac Dux Casimirus qui egregiam suam  
pietatem, isto supremo erga amantissimum patrē,  
officio, testari atque adeò obsignare voluit.

Placidissimum simul & fœlicissimum istum ma-  
ximi & illustrissimi Principis exitum intentius me-  
ditantem animum meum, variæ subiere cogitatio-  
nes, ex quibus vnam, vt in primis obseruatione ac  
memoria dignam, vobis indicandam potiusquam  
exponendam esse iudicaui. Ea verò est, Mirari me  
satis non posse, quî factum sit, vt cùm Christianis-  
simus hic princeps, iam inde ab initio suæ istius gu-  
bernationis, non reformidarat, amore & studio ve-  
ritatis Christianæq; pietatis afferendæ & propagan-  
dæ, concitare in se animos & odium, plurimorum  
diuersorum ordinum, atq; adeò potentissimorum  
monarcharum, horum tamen nemo, tot annis, vt  
lèderet, ipsum, ne digito quidem attigerit. Non de-  
fuit illis, ac in primis Rom. Antichristo cum suis sa-  
trapis, huic nocendi animus atque voluntas. Non  
est credibile ipsis defuisse vires. Agitata fuisse varia  
consilia de eo opprimendo, non est ignotum aut  
dubium. Multas conspirationes & coitiones in eū  
finem

finem fuisse initas satis constat. At istorum omnium hostium, optimum Principem nisi animo ac voluntate læsit nemio. Exeruere quidem maledicas linguis plerique, uti rabulae, aut insanæ quædam mulierculæ: sed tantum abest ut isti nocumentum attulerint aliquod sicuti percupiebant, ut profuerint plurimum. Sparsi enim passimque auditu fuere varii rumores, uti panici quidam terrores, idonei ad incutiendum metum, sed hisce omnibus terrificamentis nihil est effectum, nisi quod optimi Principis constantia atque magnanimitas probatior illustriorque est reddita: nobis vero qui sub illius umbra quieti sedebamus, subinde non nihil excussus est sopor ac torpor: ne, quod erat in procliui, animi nostri perniciosem induerent securitatem. Sic Deo Opt. patri pro sua sapientia ac bonitate, placuit ut malis aduersantium veritati consiliis, ad filios suos in officio continendos, ipsorumque salutem promouendam. Ad optimum Principem quod attinet, mihi dubium non est, quin ipsum, tot, tamque potentibus hostibus, insanientibus, furentibus, atque frenementibus cœlestis ille pater, suarum alarum umbra ipsum protexerit, ac manu defenderit sua, atque adeo uti pupillâ oculi custodierit ad Ecclesiæ præsidium & tutelam. Quo facto veluti illustri exemplo omnium oculis exposito, in animis nostris obsignare voluit tam multas tamque præclaras, quæ passim in Propheticis & Apostolicis scriptis leguntur, promissiones, de tuta custodia certaque defen-

sione eorum qui fiduciam suam in ipso collocant. Id quod in istis tantis quas & audimus & videmus, rerum omnium conuersionibus & confusionibus atq; adeò horrendis tempestatibus, quibus tantum non videtur cœlum terræ misceri: & in his quæ adhuc ingrato ac scelerato mundo impendent malis, existimo esse scitu obseruatūque pernecessarium. Quisquis profecto sapit, proculdubio id in animo reponet, & conseruabit.

Talem atq; tantum habuimus Principem, amplissimi viri, ornatissimiq; collegæ, ac studiosa iuuentus, quem si cum fœlicissimo illo Augusto, deliciis hominum Tito, optimoq; Traiano contulero, graui contumelia ipsum à me affectum esse, boni ac pii omnes haud dubiè iudicabunt. Que enim inter virtutem ac virtū, lucem & tenebras, sacrum ac profanum comparatio esse potest? Neque vero si illum cum Constantino Magno, ac Theodosio, similisque notæ aliis, quos Ecclesiasticæ historiæ, ut Ecclesiæ Christilumina, Patres, nutritios, ac patronos posteritati commendarunt, contulero, mihi ipsi prorsus satisfecero. Nam si equalance omnia expendantur, videtur non indignus esse, qui cum antiquissimo illo omnium credentium patre Abrahamo, cum multis modis probato, variisq; casibus exercito Davide, cum pio Ezechia, idololatrici cultus vindice & profligatore, deniq; cum magnanimo Iosia diuinæ legis assertore, ac veri purique cultus instauratore componatur. Id enim quæ in ipso apparue-

apparuere omnis generis virtutes mihi videntur  
meritæ. Talem, inquam, ac tantum, clarissimi viri  
nuper habebamus Principem, sed habere desimus.  
Non amisimus quidem, sed eum, qui nō bis dede-  
rat, euocauit, ad seq; recepit omnium rerum mode-  
rator Deus: idq; quia ita ipsi est visum: cuius factum  
si pii sumus, non possumus non probare ac lauda-  
re. Quid verò hic decessus atque discessus significet  
aut portendat, ominari neque volo neque debo.  
Verendum tamen est, ne quem multi non tanti fe-  
cere præsentem quanti oportuit, desiderent ablatū,  
frustraq; requirant absentem. Est apud pios omnes  
in confessio, diuinifauoris atque benevolentia cer-  
tissimum argumentum euidentissimumq; testimo-  
nium apparere, dum præstantes pietate, doctrina,  
ac virtute viri, in primisq; Principes excitantur, ac  
velut cælitus mittuntur: consentaneū igitur est iræ  
Dei accensæ neq; dubium neque obscurum dari in-  
dicium, quum illi ipsi reuocantur ac subducuntur:  
Siquidem velut ab ingratia & indignis beneficium  
hac ratione repeti eripi q; videtur. Cuius rei etiam  
diuinum ac disertum testimonium apud. Esa.ca.57.  
legitur. Quum verò iræ argumentum esse dicitur,  
id constat intelligendum esse de ira quam Deus cō-  
cepit, nō in eos quos hinc subducendo atq; eripien-  
do sibi, vt charissimos filios, curę esse, manifestè de-  
monstrat, sed in superstites qui contemptu, abusu,  
atque in gratitudine tanto beneficio se reddiderunt  
indignos. Nō est igitur quod lachrymis prosequa-

mur demortuum Opt. Principem, cui, vt neq; nobis, illæ prodesse nullo modo possunt: imò verò id præter modum facere, quid aliud esset quam Deo repugnare, ac defuncto velut inuidere, quam tantopere semper optauit, æternam felicitatem? In nos ergo ipsos potius mentes, oculos, lachrymas conuertamus: ad nos redeamus, nosque ipsos respiciamus, &c, vt Paulus sæpe ac seriò monet, sedulò probemus. Nostram socordiam, securitatem, ingratitudinem, ac scelerasentiamus, damnemus, defleamus, corrigamus. Atque actis gratiis Deo, Patri D. N. I. Christi eo nomine, quòd optimi Christianissimiq; Principis tamdiu nobis concederit visuram, vt per ipsum, subque ipsius umbra ac tutela, vera ac solida iacerentur pietatis & bonarum literarum fundamenta: ab eodem seriis petamus precibus, vt illustrissimum ac optimum Principem Ludoicum, quem Opt. Patris successorem esse voluit, velit etiam pari animo ac studio imbuere, erga pietatem, ac bonarum literarum studia: vt in filio patrem intuerisemper, illiusque memoriam colere ac venerari possimus: atque illum non nobis ademptum, sed in filio restitutum esse meritò credamus, verè quedicamus.

F I N I S.

LAMENTATIO  
DE OBITV SANCTIS-  
SIMI ET ILLUSTRISSIMI PRIN-  
CIPIS FRIDERICI III. COMITIS PA-  
LATINI AD RHENUM, ELECTORIS, BAVARIAE DUCIS, &c. per  
Immanuelem Tremellium hebraice scripta, &  
per Michaëlem Læfenium La-  
tina facta.

PACIS nomen habet, multā cum nomine pacē,  
Quam sibi subjecta plebi, variisque per orbem  
Indixit populis: Et paci imponere morem,  
Non vita extimuit fortis penetrare pericla  
Natorum auxilio adjutus, nullosque labores.  
Jova secunda vit studium favitque Jehova  
Consiliis sibi chari hominis: non fosi as ille  
TAM bene principium exorsus, finemque peregit.  
Deliciae fuit iste bonis, terrorque prophanis.  
Nunc frustra optatus vivis, se in pace recepit.

Idem ad sepulchrum.

TENE, putrem loculum, parias quod vermis  
escam  
Otentare oculis fastum? num forte sepultum  
Affervare putaste Electorem Fridericum,  
Gratia quem fuerat Jova largita Sioni?

Falleris: inter eos nam mens in lumine cali est,  
A quibus inventa est clementis gratia Jovae.  
Eius fama volat per latos undiq<sub>s</sub> fines  
Terrarum, per agrans omnes auresq<sub>s</sub> domosq<sub>s</sub>  
Integritas vita non ex aquabilis ulli  
Solis ad occasum, solis per vasit ad ortum.  
Illa dies veniet, cum de te surget in auras  
Æthereas, grata gaudet luce diebus  
Perpetuis, laudesq<sub>s</sub> canet domino dominanti  
Excelsoq<sub>s</sub> Deo, ac palmam sustollet utramq<sub>s</sub>  
Functū anima corpus: tum lata aequalibus annis  
Una, bis decies superabunt millia secla.

ΤΟΥ ΕΝΔΟΞΟΤΑΤΟΥ  
ΚΑΙ ΔΥΝΑΤΩΤΑΤΟΥ ΦΡΙΔΕ-  
ΡΙΚΟΥ Γ. ΚΟΜΗΤΟΣ ΠΑΛΑΤΙΝΟΥ  
τως Ριζον, Στρατηγή της Βασιλείας, τύχος επε-  
σάται αρχοντος, λόγος θεταφιος.

**Ε**ρμανίας ζαθέντης ἐδαφῷ πολὺ ἀμφίβολη  
επικα.

Ψυχιώ, σῶμα, κλέψῃ ἐκπεπόνκα θεῶ.  
Ἐκπεπόνκα θεῶ. Ζωῆς τε επόθητον ἐνειρα  
Εἰς χθονίς αὐγορίω πάντας ἐπεφενίς,  
Εἰρέων δὲ φίλη πατεῖδι, μερόπεων πεπάσιν  
Αζωτός πρὸ μήδουντι μέδων χάεισεν.

Νῦν δὲ Τάφος μὸν σῶμα μέλας, κλέψεων  
μηκες

Κόσμος, ἐμικρὸς ψυχὴς ἀσεβὸς αὐτὸν οὐδὲ χεταῖ.

Αλλὰ ὑμεῖς, φίλοι τεκνα θεοῦ Φέων βασιλῶν  
Ἐκγενα, κάρπισοι ἄνδρες Ἐπιχθονίων.

Γαρθέντες δὴ σῶμα θεῶν, ψυχὴν τε, κλέψεων  
Καὶ χθονίας πλάγτες, ἀσεβίον τε γέρας,

Οἰκεῖον παρ' ἐμῷ τῷ Λῃ παράδειγμα λάβεσθε,  
Εἴπερ ύμῶν θυμῷ λιώδανε πάντα παλῶς.

Χειστανόν μοι τὸ σύντενέως ἐσορθῆτε κέλαθον.  
Πάρα γέδειρίων εἶται, ὄλυμπον ὑμεῖς.

### ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

Τὸ οὐνοματένον πόσμον, ψυχὴν Φθυμονόλυμ-  
πος,

Εργα φίλοι, συγερός σῶμα μέλυσθος ἔχει.

Τίποτε δέ μοι πένθος σοβαρὸν θανέοντι, ὁδυρμός τοι;

Εργά τοι καὶ ψυχὴ, τὸ οὐνοματένον πάντα γάστι.

Εἰ δέ μικρῷ τὸ παρόν ποτὶ σύμματι πλάνη παθεῖ-  
σται,

Τὸ ψυχὸν αντίστοιτι, τὸ οὐνοματέργα λέγει.

LAMENTATIO  
IN OBITVM SAN-  
CTISSIMI ET ILLUSTRISSIMI  
PRINCIPIS, D. FRIDERICI III. COMI-  
tis Palatini ad Rhenum, S. Romani Imperii Ele-  
ctoris primarii, Ducis Bavariae, &c.  
Latina ex Hebræo facta.

FRANC. JUNIO AUTHORE.

Flebile Theutonidum carmē recitate Cam-  
Germana lumenq; decusq; gloria gētis (nā.  
Heidelberga, tuis in montibus occidit. Eheu,  
Qui periit, qui lapsa ruit cervice corona?  
Qui fit, ut eximio circumvestita deore  
Urbs, opibusq; potes, quæ gemmis fulsit & auro,  
Nunc jaceat viduo veluti damnata cubili?  
Ut pro latitia & ludis genialibus actis  
Adventu, CASIMIRE, tuo, jā civis in auras  
Clamorem attonitus, juvenes, trepidæq; puella  
Luctificū reboent, & personet omnia planctus?  
Quin etiam tristes s& visq; doloribus acta  
Congemuere via, cœliq; e nubibus altis,  
Horrificos patriæ stillant nimbosq; nivesq;  
O utinam Galli nunquam pertingeret aureis  
Nuntius, aut aliis narraret funera terris:  
Neu feræ qua triplicē ex gemmis auroq; coronā  
Gestat,

Gestat, purpurei fatus, mollesq; cinædi  
Perciperent: ne fortè meo exhilarata dolore  
Oblatret mihi turba virum, qui vertice glabro  
Incedunt, cultiq; genas, arasq; frequentant.

Sed quidnam tepidis lachrymarum fontibus  
ora

Irroras? quid ve ille tuus, Germanica, plæctus?  
Dicam: sed primùm titubanti parcito lingua.  
Scindere verbajubet crebris singultibus angor.  
Sum vidua, in viduum jaceo dejecta cubile.

Pacificum ipse mihi cōjunxerat antè maritum  
Tranquillumq; Deus, quo non integrior alter.  
At nunc (memiseram) tantas exarsit in iras,  
Deliciis vita ut misera viduarit ademptis.  
Heimibi, quām proprium, quām verum nomē  
ab alto,

Conveniensq; sibi meus hic FRIDERICVS ha-  
bebat!

O quām multa mihi prædulcia pacis alebat  
Commoda! Semper enim castè et reuerenter ad-  
iuit

Excoluitq; Deum: semper pia numinis ora  
Consuluit facturus opus, templūmque revisens  
Auroræ roseas prævertit vocibus vlnas:  
Clamantes ad se afflictos recreavit, egentes,  
Quorum vita malis prostrata, sepulta jacebat,

Auxiliis nudos, tenues, quos unda malorum  
Irrumpens rapiebat: eis pia dextera fulsit.  
Hunc alienigena coluerunt: perfidus hostis  
Ante hunc pulvrea vultum fœdavit arena:  
Huic alienigena mittebant munera Reges:  
Huc pius ille animus rexit, quæ gratus alumnis  
Omnipotens Deus assidua cum pace probavit:  
Hunc comis ille animus, justa quilance popelli  
Expendit tenuis causas, rixasq; potentum:  
Quo duce, pax nostros præcinxit amena pena-  
tes.

Deniq; non aurum nobis, non Indica gemma  
Chariorulla fuit, nō Persica gaza: nec unquā  
Hybla et tam grata meo fecere palato  
Mella, mihi quām suavis erat FRIDERICUS  
amanti.

Et nunc, quid facerem, tenui quādo ocyus aurā  
Evolat, & pacis custos mea tecta relinquit?  
Dicite, fida mea quo sordet cura salutis?  
Non equidē inficiar, nō possim mæsta negare  
Me graviter peccasse Deo: peccata fateri  
Nunc juvat ambabus tundente saucia palmis  
Pectora, multiplicemq; animis agnoscere culpā:  
Cūm Deus intantos irarum effunditur astus,  
Irrumpensq; suo jaculatur tela furore  
Lethifera, & flamas fumantia tela sequaces.  
Hinc

Hinc dolor, hinc lachryma nobis, hinc justa pudoris.

Horrifici nos signa premunt, nostrosq; pareteis.

Verum tu Domine, o misericordia succurrere pro-  
pte,

Gratificansq; tuis in plurima secla, quousq;?

I I.

Si formosa meum ex animo Germana requiris  
Consilium, placidam dictis ad vertito mentem.

Non ego te multum jubeo Germana gementem  
Tristificas tremula diffundere voce querelas,

Aut panem Heidelberg tuum miscere dolore.

Non civis complere suo totum aera planctu  
Semiseros, illum patria patremq; cientes

Rectoremq; pium, & caelos resonare querelis,  
Ut quibus optata spes est praecisa salutis.

Et quare indocilis pectus tibi rumperet ardor?

At sperate Deum: hic nostra tuta anchora vita,  
Hic hic Isacidum Deus est: huic fidite soli:

Hic est credenti portusq; & meta malorum,  
Hic insperata locus effugiumq; salutis.

Nec vos paeniteat vita rationibus acta  
Expensis animo, huic concedere semper honore.

Quicquid inest vobis, animu, præcordia, vires,  
Membrar referte Deo: sanctis purgat elauacris:

F

Improbaq; è manibus faciles deponite facta:  
Atq; malis positis, justi condiscite leges,  
Et sanctè colite. His forti simente vacatis,  
Uos facunda suo saturabit fanore terra,  
Innumeraq; Deus perfundet mole bonorum.

Respice, quām sancta perduxerit ille quiete  
Hoc lumen Germana tuum. quid? nonne quietā  
Transigit saturamq; bonis sine crimine vitā,  
Fus dicens populis? certa desedit in umbra  
Qua velat Deus ipse suos, totisque latebram  
Illi⁹ ingrediens, spem perfugiumque salutis  
In Domino statuit, fultus præcordia verbo.  
Propterea ipsa suum curarūt numina servum.  
Seu pedibus laqueos auceps posuisset euntis,  
Tabificum ve malum vestras per vaderet oras,  
Veridico, ut pelta, seruabant numina verbo:  
Seu clara aptarent nervo de luce sagittas,  
Insidiis ve hostes peterent, tamen institit ausis  
Fortiter, arrecto non cessans pergere cornu.  
Hac placido fretus Domino FRIDERICUS a-  
gebat.

Nam si bidentē Dominus servabat, & omni  
Ereptum damno, firma velut arcu locabat.

Annon extremo vita de fauibus illis  
Exodio viruisse fidem, germénque dedisse

San-

Sanctam animā nosti, veluti cū pullulat alta  
In Libano, tenerōque erumpit cedrus ocello?  
O Deus, ô michare pater, spes sola salutis,  
Inquit, ne procul hinc absis, ne linquo servum.  
Sed celer auxilium languentis ferre memento.  
Hanc animam trado manibus: gratare petenti  
Per CHRISTI nomen, quem olim tua sancta  
voluntas

Sacrificum instituit ex ordine Melchisedeki:  
Per stirpem Isaidūm, qua certa fædera vita  
Sanxisti, miserere mei: largire beatam  
Quam promisisti servo, per secula vitam.  
Plus satis hac saturor: nec opes, nec gloria mente  
Sollicitant, in visa mihi sunt ista: sed unam  
Opater exopto, cedō mī, pater alme, salutem.  
Talia dicētem FRIDERICUM a spexit ab alto  
Omnipotens, saturoq; ut perfueretur amore  
Divini vultus, in calum e vexit a ventem:  
Suaviaq; aeterna cum CHRISTO cōmoda vita  
Percipienda dedit, dextrāq; ad stare parentis.  
Quare agite, ô sancti Domino benedicte cives:  
Quia tantū è calis FRIDERO aspersit honore,  
Imperioq; dedit tanto de Principe natum (net,  
LUDWICUM: hunc Deus ille pari pietate coro-  
Conclamate omnes precib; que fauete coloni.

Rectorē Deus ipse nouū foveātque regatque,  
Principis informans animum, sua jura mini-  
strans,  
Multiplicemq; sui inspirās huic numinis aurā.  
Denique sancta Dei immortalis gratia nobis  
Incubet, illustrans animos & facta secundans:  
Ut sacrum ex animo CHRISTI cantemus ho-  
norem.

F. D. I. B.

E L E-

ELEGIA  
IN OBITVM ILLV-  
STRISSIMI ELECTORIS, D. D.  
FRIDERICI PATRIS PA-  
TRIAE: SCRIPTA  
A

M. SIMONE STENIO LOMACENSI.

 Ρῆνον ἀστού πόλων ἐπὶ λίμνειον ὡς χθὲς αὐτένων  
Θρηνάντων λιγυρῆ τὸν μέρον δύεπίη,  
Τοῦ Γαλατίν Φρεδείκης, λαμπεστάτου  
Ἐν τοῖς Ταύταινοῖς ἀσέρθη τήρημάσιν,  
Τῷ πατέρθη πατείδθη, τῷ καὶ αὐτοῖς ἀιδεσίμοιο  
Τῆς ἀγανοφροσύνης εἴνεκεν, αὐτοπάλεις.  
Δέξαμδρθη χάρτιν, ἐδεήθη περίδθη μὲν  
Γεφύμαπομάγνειν πανροεπεῖ ὄδυσσας.  
Ηὔδιαρρήδην ἀπανήναθε, τίνα μῆδον  
Φθεγξαμδύη, (κεφαλίων πόσον ἔτειρεν ἄχος)  
Τῇ οὐ φαλῆ θλαίνειν ἔη, κήρυκας αὖτις  
Σχύστος σὺν τοῖς κόλποις χεῖρας ὁμοπλεκέας.  
Τὴν δὲ κόμιων πίλησα χέεντα σάπινα πολλά  
Εκ βλεφάρων, γοερῶ πένθει σαπιομδύη.  
Οψὲ δὲ ὄμως κλαυθμοῖο πορεασαμένη μελέοιο,  
Εἰς ἐμὲ βλεψαμένη τοῖον ἔειπεν ἐπθη.  
Παύει λιασόμενθη, καὶ ἐμοὶ σφράκαρον σιοχλῶν,

Αλγος ἀεξάση τόπον ἐνὶ κεραδίνῃ.

Οἵσον οὔπι φθιμδύω μήτηρ νενέχενδενε παύδι

Τιῶν λειπομδύω μάνω ① σὺ πο λέων.

Αλλοι ἀεισαί των γονόεασαι πένθιμον ὥδαι,

Οἵσ πόρε καλλιόπη νέκιαρ σύναρμόνιον.

Ημετέρη σελίς θέτιν ἀφων ②, πλῆκτρα σιωπᾶ,

Τὴν λύπην συῆς διξάμηνα περόφασιν,

Τῷ μέπι ηγεσθένθ' ὅπις διωάτι θέτι μελίζειν

Τελτουκῆ ταγῆ ἀξία πασατίς, (γλως)

Οὐ γερμανὸς, Ιερ, Γαλάτης, πολυθρέμμονες ἄγ-

Καὶ Κελτοὶ, μεγάλες ἔνθει. Ωκεανῆς

Μυρεάδες τὸ ἄλλαι καὶ τὸ δύσιν αἴτολίνει τε,

Μάρτυρες ἴνορένει, μάρτυρες δύτεβίνεις,

Μάρτυρες ιδρώτων τε δυηπαθίνεις τὸ ἀλεγάνης,

Τὴν οὐγέτεσν θυμὸν ἀπρεπος ἐών,

Οὐσπότι ἀληθέιν εἰς φῶς ἀγλυ ἔξοχ ③ ήρεος

Τὴν πρὸν ἀμαύρωσεν θύμοναχῶν θίασ ④.

Τῇ οὐγέτεσν φιλέεσιν ωτέρμαχον ἀσσίδε τεῖνει,

Οὐχ ὅι, ἀλλὰ Θεῶν παύτα χαελόρδηνος. (πνη,

Φρεατὶ μέχων σαθερὸν μένος, ἔμπεδος ὥστις ἐει-

Ορυμένων ἔτηλη λάίλαπα δυσμένων.

Οὐ ποτὲ ἀτραπῆς ἐκκλίνας, διδόσον, ὄρθης,

Διὸς γὰρ ὁ φειλόρδηνον καίσαε, διὸς τε Θεῶν.

Δόν-

Δόγματα δὲ συγέων δύπο μέσ' εἰδώλοις ἀρέας

Καὶ πακά Ρωμαϊκῆς λέψανα δυοτεῖν,

Ριζόθεν ἐκκοψεν, γύλω πειθήμονιθείας

Χρώμινος (ώς γνωσὸν πᾶσιν) ἐφημοσώας.

Τῆς τ' αἴρετῆς μιδαχῆς πυρὸν πάντεαν αὐτάπιων,

Τοῖς γὰν βελομένοις τὴν ἐστιδῶν πόστας.

Οὐ μάνον δὲ φύλαξ, ρήνας δέ τοις αἰγακλέος ὄχθαις,

Νάματος αἰχαντος τὴν δύτοσολικῆ.

Αλλαχὲν δὲ αλλοδαπὸν ὄχετηρός οὗ πρὸς εἰς αἷμα

Πίδακος αἰθερέεις τὴν μόνην δύον.

Ἐχματεὶ δὲ οὐδὲ βάλλων ιδίης δαπανῆς,

Γαμπόλων ἐθνέων μῆσος ἐπεσπάσατο,

Συντίθεται τὸ ἔχθρεν βασιλίων τὴν μόνην τε,

Οὐσῆτε πει Γαλάτης γέτε πει οἱ Ισηρ.

Οὐ μὴν αἰθρώποις δέδιεν πλέον, οὐ Θεὸν αὖτοι

Ω μάνω ἐθελεν καῦνος δρεσκέμδυα.

Τένενεν εὐάλεγων ὅγειραντα, πολέμιζε

Εἰδώλων τεφμάχοις, χείματα τῷ δέμενος,

Εκπέμψας θύμῳ κρεστεροφρονέ· Χεισοφόρος μὲν

Κάτθανε, τὸ τεφγένων αἴξιος εἰς δρεπειώ.

Αἰχμηταὶ δὲ αἰγαγῶν ιδίαιερας ιππωκορυσάς

Γαίννεις Γαλαῖτης δύπο τυπονίδος,

Θυμολέων Κασίμειρος, δρεπίονέρης αἴπασι

Ἄρχεται οὐδροφόνον Φάσγανα μειδίον,  
Ἄμπαυσεν πολέας θηῆς πολυπήμον Θάτης,

Ασφάπιων βασιλεῖ πύλαι σύναλιον,

Οὐ μὴ ὅγε Σύμεων πισῶς ἐστείσαθ' ὄμηρος

Δέξ④ ἐπ' εἰρήνη τρεῖς Γαλάτας ἀπάγειν.

Οὐτας νικήσανθ' ὡς ἔιδε παλίν Σύπον ὑα

Γεννήτωρ ὁ γέρων δύθυς σύναγνάλιον,

Γηδόσων Θαυμάς τε πύχη λαῶν τε βαθεῖα

Ησυχία, μισοῦν αἴθεα θρεψαμένη.

Ως μὲν ἐπαμεινώνδας Θηβαίων Φαίδημ Θάρχος

Πρῶτος οὐαὶ εἰσήων ὃν ποτ' ἀρπιφίλων,

Φαιδρότατος νίκη ἐπαπώλετο καίεια τρωθεῖς,

Πατρίδι διγλωσσίς ἄχθος Θάρχος ἀπωσάμυνθος.

Ως οἱ Παλατῖνοι ταχέος Φρεδελῆν Θάρμων,

Δῆλος ἐν χαύρων νειόδεν ἐκ νεφελίνης,

Βοτρυόδωρον ὄρῶν εἰρήνην σύγχαλετέων

Ἄσεστι ναετέον, μιτέεσθε δύνομίνς.

Εἶπε δὲ ἡ ελίσ λέίψειν φῶς χεισοχαλίνης

Τῦδε λαχόντα βίσ τέρμα, μέτ' δύναρος ὄπης,

Η' θελεῖ τὸν Βελγῶν ταχέως Σινδεπύθη

Αγελίου, κοιτῆς μαρτυρα τηνεμίνς.

Ταύτης πρόμη ἀληθεῖται, παρίδος μέγ' ἔρδοις,

Τυπνον ἐκοιρήθης πᾶσιν ὁ φειλέμδρον.

Φίλα λιπὼν κάτα σεῖο ή ἐσομένοισι βροτοῖσι,

Τῆς τε ἀγηρεύτης χών μέτα δύλογίης.

Γᾶσι γένθα λίστη πεφιλημένῳ, ὃ τε πόθε

Πολλῶν τε σύμηνας θυμὸν ἔφεπε τελεῖ.

Ἐρδῶν ξένοισίν τε ή σύμηνοισι πεφεσοῦ,

Ἄπῳ ὧν λάβησις δενὶ δέμεμαῖ.

Τέμπαλιν ἄνδρεαν γεγονώς παῦλημεσον ὄρμος,

Ναυηρῆς τελεῖ ὥπασας ηΐόνα,

Τῷ φα πάτερ Φρεδείεικε τεὸν κλέῳ πότος ὀλεῖ.

Γᾶσιν σὺ ἀνθεφόποις αἵὲν αἰεδόμηνον.

Ως γέντε μεγάλῃ Γομπτίᾳ ψὸν ἀγανὸν

Συχνάκις δύφημενῳ τόπε Αινεάδα,

Γεπτυμένοιστε ἄνδρες ή νῦν ἐπιθωμάζοι,

Εὐχμεῖς ηΐθεις ηἴδος ἀγανάμηνοι

Σικελίδός τησονιατέχων πατεῖξατο πάντας,

Χεῖρε δωνδέντας Καίσαρῳ σύφυγέειν,

Τὴν τε Βίνην Λεπίδην, Μάρκοιό τε τηλέα θυμὸν

Ἄει μηνάντων αἴματόεντι λύθρῳ.

Ωσαύτως Φρεδείεικε σὸν ἔνομα ἀστεγαῖών

Τῷν τε ζωόντων τῷ τε Ἐπιγιγνομένων,

Οἳ τελεῖ χώραν διποδεῖξας ποιονὸν ἀσυλον,

Οὐ φθόνεες τεγέων ὅμιτοτοις φυγάσιν

Δυσομανθεῖς φονικὸν προφύγοι πυρανίδος ὕιστον,

Ανία παλλάξσις ὅπλα Θεῷ μεγάλω.  
Οὐ μὲνον δέ σέτας τε Φρωντισθέντο τούτο  
Αλλὰ καὶ σύμπνεως ἐπρεφες σύμβεβα,  
Πᾶσι χειρόμηνος χειρὶς χάειν, εὖ καὶ κόσμον,  
Ἐν περιδίνης οἰλαρχῆς ὄμιαπ Φαιδροῦ τέτω.  
Χρυσὸν δὲ εὐάγγειον εὐή μεγάροις Φύλακτες  
Μυρμήκων πλεῖτον τούτῳ φιλῶν καλέσαι,  
Τύνεκα δωτίνας, ὃς τὸ ἀξιότερον γέραιρες,  
Ἐν τεσσάροις, τεσσάροις σύνει περέδων,  
Τός τε Θεῶν λογίων ταῦθα φήτας, τός τοῦτο τέχναις  
Ἄνδρας δέριγγει λαζόντας, εὐάλλεστη  
Χαῖρε πάτερ Ζώεν ὁ φελεες μιεία μήκλα  
Ταῦτα ἀγαθῶν ἐπειπλεύσεχόμεθα κόρον.  
Χαῖρε πάτερ πατείδος τοῦ αστριμοῦ τελιπεις, αἵσι  
Οὐ μαστιπατάγων εἰς πατείδη αἴτείλε,  
Ηίσιον χάρματά σου τοῦτα μιεία, μοσθέεσσι.  
Άμμιχα συμπίλχοις, φόνπα ἀγαπόντεδος,  
Παρθένω iφθίμιο Ιωσία Δαβίδεω πε  
Λάτελας εἰδώλων αγνὰ μιωξαρμύων.  
Χαῖρε, θεὸς δή τινα δοιάρμην ψὸν ὄμριον  
Σοὶ πατεῖ, καὶ παλῶς ἀμμιτεπάντεσσε.  
Τοιάδε μελψαμένη ἀπεπαύσατο περέες, καὶ μηδ  
Αχιμένη λυπῶν ποιώσατο τοῦ τεστέρων.

SUPERSTITIO RI-  
DENS OBITV ILLVSTRISSI-  
MI ELECTORIS FRIDE-  
RICI Comitis Pala-  
tini, &c.

VERI ignara Dei, simulacrorum veneratrix,  
Lignorum cultrix, vana superstatio,  
Nuper, ad Ausonias, in quis modo presidet, oras  
Ut venit mortis nuncia famatua,  
Friderice, Heroum flos inclite Germanorum  
Præsidium externis grande, tuisque decus:  
Protinus intremulos tota est effusa cachinnos,  
Laticiaq; sua publica signa dedit.  
Turribus aera sonant, longo levis ordine pompa  
Confluit, ex habitu despicienda suo.  
Quocunque aspicias, lituus, diadema, vestis  
Linea, mitra, rubens insula, Sandalia.  
Ut ventu ad templu est, in quo Petri ossa quiescunt  
Ossa hominis nobis, huic tamen ossa Dei:  
Suggestum extemplo gemmis radiant et iara  
Scandit, et ad populum talia verba facit.  
Stet sine nube dies, sileat notus aere puro  
Natura facies rideat ipsa nova:  
Divorum nitent statua, nova pepla Maria  
Dentur, in aureola fulgeat Anna stola.

Fulminet auratus splendente Georgius hasta,  
Absterrisq; micent omnia pulvribus:  
Omnia crustaceum monstrant altaria numen,  
Nulla per Europam clausa facella sient.  
Thuribulum caleat, grati incendantur odores,  
Ostendatque suos qualibet ara deos.  
Organa laxatis expirent follibus hymnos,  
Melpomenéq; modis concinat harmonicis.  
Succinctus popa lustrali circumferat unda,  
Aspergens guttis ob via qua&q; suis.  
Impiger adituus vexilla expandat, & omnis  
Turba sacris nostris dedita, clamet Io.  
Occidit ille ingens (cujus vel dicere nomen  
Horreo) terrori qui fuit usque mihi:  
Juratus capiti nostro hostis, sapem inatus  
Excidium domibus, perniciemq; meis,  
Sculptilia ejiciens templis diuinaq; colosso  
Comminuens, nullo numinis ille metu.  
Grata deo praestare ratus, radicitus omnia  
Si extirpatum iret dirus, agalmatia.  
Scilicet huic similem si Teutonis oratulisset,  
Exilii nobis pena timenda foret.  
Namque relegat am me forsitan Indus haberet,  
Aut ferus insano littore Cannibalus.  
Plura fuit dictura: sed huic fulgore corusco  
Astitit arridens, candida relligio,

Nescio

Nescio quid libri ostendens, tenuique susurro  
Et stolidam verbis vix tribus increpitans:  
Concidit extemplo pressoq; obmutuit ore,  
Demissisq; abiit tristior auriculis.

Simon Stenius Lo-  
macensis.

G 3

LAMENTVM PIO-  
RVM ET ECCLESIAE, SVPER OBI-  
TV ILLVSTRISS. PRINCIPIS ET  
benigniss. Mæcenatis, Fride-  
rici Palatini.

a. Ιπε, φίλη μῆτρα, νύμφη μεγάλου θεοῦ,  
Σὺν τάσσοις κόπῃ δάκρυσιν ἡδὲ γέοις;  
Τί πλε κόμις πίλλας; πίδε πένθιμον ἔσαστο πέπλων;  
Τί πλε κόνιν κεφαλῇ ἐγκέχυσαι ποσάτην;

β. Αἰάλω, φίλα τέκνα, Γαλατῶν Φρεδερῖκον,  
Τῆς ημέων ποίμνης δινότατον ωφέλαχον,  
Τὸς ἀλλαγῶντος περιλάμψαντα δινάστας  
Οὐαν τὸν λειποὺς αἰτέρας ἡέλιΘ.  
Πίστι, βοσκίη, ἀγιωσώη, ἥποτη,  
Καὶ φιλαληθή ἡδὲ δικαιοσώη.  
Τοῦ μὴν ἡ ψυχὴ τὸ σώματος Ἰεαφεδεῖσα,  
Ἐξευτῆς οἴκους ἐπλατ' ἐς αἰθέρειος.  
Κάκη τε θύμοις ἀγίων Ξωμοειδέας  
Γράως δε αποσίαις πέρπεταν δύνασθαις  
Τοιωκαστιχάρειν οἵ αἴξιοι δῖν ἀπαντας,  
Οὐχοὶ τοιωτέων δύτυχίων Φεονέειν.  
Ημῶν δὲ Ιεαπόθσα λίπεν σοναχάστε γέοις τε  
Πεύθεα τι, σὺ τάσσεις θλιψεσιν δύσεβέων.

Ως πρὶς γάρ τε λυμέων ανηγός, ως πρὶς ἄσυντο  
Αὐνέρας δύρινέως σιδέχεται Φυγάδες.  
Ως ὅδεπι ζώων, οἵς αὖτα Φροντῶσι τυρεννίς  
Βελγίδος ἢ ἀλλις εἰς χθονὸς Ἰξεβαλε,  
Πρόφροσιν ἀναλίσιν ἢ τε Φροντίζεται θυμῷ,  
Τοῖς μὲν ἐδῶν, τοῖς δὲ ἢ κτεάτινον μεταδόγες.  
Χως ἀγαθὸς τέκτων δύρωδεις τοῖχον ἐρείπων,  
Ἄντι σαπρὸς πανὸν κάσφαλέ οἰκοδομεῖ.  
Ως ὅδε, Γιωσίεω μετ' ἀμύμονος ἔχυτα βαίνων,  
Ταῦδωλ' εἰς μιαρῶν Ἰξεεπῶν ἐδεσένων,  
Τός τ' αὐτῶν λείπεις εἰδωλομανῆς τε μασμοῦς  
Ἐξοεέσας, ιερὸς Ἰξειάθηρε δόμοις.  
Ως πάλιν ὁ Αλκείδης τὰς Αὔγείας καθηρε  
Βεγάσσιας κόπρος πλήρεας ἡ λιβάτη,  
Τὴν τε πανελλίων Ἐπιών χθόνα τὸς πολιτῶν  
Γαντοίων λυμέων ρύσσετο νωλεμέως.  
Χως ὁχετοῦσας αὐτὸς τὸ τεφτα μὲν Ἰξαφίος  
Λειβίδρος σαπεῖν ἢ θολειεῖς ὕδωρ,  
Εἴτα δὲ σωσι φύτων καθαρῶν τὸ φίτιον ροσάων  
Νάρατα, Ἰξάμαρτης ἔχματα πάντε βαλῶν.  
Ως ὅδε φυεδολέγων πεπλασμένα δόματα μέθων  
Γαντελέως ιερῶν Ἰξεδίωξε δόμων,  
Θείων αἰτεούσιων λογίων σωτήρεον αὐδήν,

Φιμῶνται πάλων τοῦς φλυάρους λαίλαγας  
Καὶ τῇ γυμνασίῳ (V) βαρβαρούχλων ἔλασεν  
Αὐτέρας αὐτεσάγων ισορας ίδμφοσωέων.

Οὐ μοῦνον δὲ ίδίνη χθόνα πάσω πλάπτεν οὐλω,  
Αλλὰ καὶ θύνεσσι τῷδε ἐπορευμετέχειν.

Ως δήμεων ή αἰγαλεοσών θεὸν αὖτις τοσάτων

Ημέλεεν δώρων αἴξια διλογέειν,  
Οργισθεῖς, πάνδρος σέρεστημας (V) μὴ, εαυτῷ  
Δέγμεν (V) εἰς κόλπους, ἀμμεῖ δὲ πωσάμενος.

Τάνυκεν, ὡς παῖδες, σωματικέεις οὐνεχεῖς αἵει

Εὐχαῖστοι επερχεῖς οικοδολόγεις τε γέοις  
Τὸν πατέρα αὐτούς ταχέως μειλίσσετε θυμὸν,

Οὐχ ἐπίρως αὐτῷ πορίσαξόμνοι.

a. Ως πατέρως βασιλεῦ, ημέων στὸν αἰγαλεοσών  
Οργισθεῖμν, ποιῶν αἴξιοι αἴδίων.

Η δὲ λέλεπμοσιών σὺν ἱπότης τε φιλέφρων

Μείζων τῆς ήμαντος ἀμπλακίης πέλεται.

Η τῷ μοωογλυχεῖ σέο παγδὸς θυσίη, αἵ τε

Αὐτεῖστείρημέων ιπεσία λιπαρεῖς,

Ταῖς ημέων ἀλιτηροσώνας, βδελυρέις πρέσσας,

Εκτείσειν, πάσας τὸν ἀμπλακίας, ικανά.

Πολλάκις καὶ βαρέως στὸν Γερεπλίδορεναν

Σφῆμοι τραϊανασίαις, σφῆμον ἀπεδαλίας.

Οἳ

Οὐδὲ δὲ τῆς αὐτῶν τε καταγώσαντες αἰροίνες,

Καὶ κατακείναντες οφῶν ἀλιτυμοσιώνες,  
Πρός σε ἐπέδρεψαν μετανώσαντες, καὶ ἐδένθεν

Σεϊο, ἀλλέξιάκον χεῖρε τριαχέμδραι·  
Αὐτίκα πρασιώδες, Θ πλήμονα ρύσας λαὸν

Δυσμένεων τ' αὐδρῶν ἡδὲ δυνηπαθιῶν.

Τῷς καὶ νῦν ἡμῖν συγνώσας, ἥπε σῶτρος,

Ἡμῖν τοῖς ιδίας ἀχθομένοις κακίας,

Δός τε φεμάχυς ἀλλας τῷ ποιμνίᾳ, οἱ κρατεράζει

Χεροὶ μαχέασονται τοῖς ὄλεοῖσι λύκοις.

Δός τ' ἀγαθὴ πάρδος τὸς τετράεας ἔμριδος ἀμείνας,

Εὐσεβές Θ γονέως καρρόνας βύσειη.

Δός τοῖς σβού δάλοις ἀπρέετως καὶ μεγαδύμως

Τὴν σβού ἀληθέων καὶ λέγον σπλαχέειν.

Τὴν σβού δέξιτερὸν κρατερὸν τε βερεχίονα καὶ νῦν

Ἐκτενον, καὶ νῦν σὸν κράτος ἐμφανίσον.

Δός καὶ νῦν σημεῖα τεράστια σὺν διὰ παγδός,

Γηστῆ, γίνεαδό, ὦ πάτρε, ως τὸ πάρ Θ.

Δός τῶν Δυσμένεων ρυθμέντας, σοῦ, πάτρε, ἡμᾶς

Γάντα τὰ ἡμετέρης ἡματα τῆς Βιοτῆς,

Λαζύδειν ἀφόβως ὅστιας Φρεσὸν ἡδὲ δικαίας,

Σὸν τε κλέ Θ καὶ σὸν ποιόμα βύλογέειν.

Μέχεις αὖτις αἴδεις σύζενδλοι σύζαντες ἐς ἔδρας,

Πάσιν τὸνδῦντες τὴν κραξίν ταῖς,  
Αἰδίως τελέως θ' ὑμνέωμδυ σ' οὐδὲ σέβωμδυ,  
Σόνθ' ύπον κὺσὸν πνεῦμα τὸ ἀγνότατον.

EIVSDEM ARGUMENTI  
locus ex Esaiæ cap. 57.

Ο δύσεΐης δυσόλυταρ  
Καὶ εἰν ὄσις εὑνοῖ.  
Ο λαῦδίαις φέρεται  
Καὶ ηξαῆκεν αἷς Φρεοῖν  
Ως μείων τὸ ἐκ νακῶν  
Ηρῶη, καὶ εἰρήνης ἔσω  
Ἐδυ μελαχθρῶν, δεμνίοις τοῖς  
Ἐν οῖσι παύεθη ισύχως  
Ο διαρεισθας δει.

Idem Latinè.

Justus perit: nec ullus est  
Qui videat hoc, qui cogitet.  
Obit pius: nec ullus est  
Qui advertat animum providus  
Diris quod exemptus malis,  
Beata pacis atria  
Ingressus, in cubilibus

Suis

*Suis quiescat qui piē  
Versatus est coram Deo.*

Ad animam defuncti.

*Valete principis boni  
Manes boni. Vale pii  
Sanctique sancta & o pia  
Herois anima. Gaudiis  
Te recrea præsentibus.  
Olim micabis lucidum  
Sidus, coronam perpetis  
Captura vita, cælitus  
Rex quum redibit gloria  
Christus, piosq; & impios,  
Qui sunt, fuerunt, qui que erunt,  
Sistet tribunali suo,  
Illi misericors, iustus his  
Judex datus præmia.  
Salve, vale: salve, vale.  
Ringantur omnes impii.*

Mæcenati benigniss. &  
piiss. memorie & gra-  
titudinis ergo, Frideri-  
cus Syllæpurgius Ve-  
teranus Hessus posuit.

FINIS.

H 2

A 2141743

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.